

## **Iglesia Católica. Papa (1492-1503: Alejandro VI)**

**Alexander Episcopus Seruus Seruorum Dei  
venerabili Fratri Francisco Archiespoco Toletano  
... inter caeteraque mortalis homo in hac iabili vita  
ex diuino dono nancisci potest ...**

[Compluti ? : s.n., 16-?].

Vol. encuadernado con 34 obras

Signatura: FEV-AV-M-00452 (07)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*





# LEXANDER

EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI,

Venerabili Fratri Francisco Archiepiscopo Toletano salutem & Apostolicam benedictionem. Inter cætera, quæ mortalis homo in hac labili vita ex divino dono nancisci potest, illud utique maximi est, quod per assiduum studium tenebrosa ignorantia caligine profligata adipisci valeat scientia margaritam, per quam ad bene beateque vivendum via præbetur, veritas cognoscitur, justitia colitur, & reliquæ virtutes illustrantur, ac omnis humanæ prosperitatis conditio augetur, militantis denique Ecclesiæ respublica geritur, & tam fides catholica, quam divini nominis cultus protenduntur: ad illa igitur tibi libenter concedendum merito ducimur, per quæ iis, qui litterarum studio operam dare intendunt, ut pro studio hujusmodi necessaria commodè habere, & ad tam excelsum felicitatis fastigium facilius ascendere, & in Dei Ecclesia sapientiæ splendore tamquam stellæ matutinæ corruscantes in veritatis via alios illuminare possint, sicut pie, & laudabiliter cupis, opem perferre, & opportunis mediis assistere valeas. Sanè pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tu non parvum charitatis opus esse reputans iis, qui litterarum hujusmodi studio incumbere volunt, ne paupertate premente ab hujusmodi proposito retrahantur, opportuna sustentationis subsidio auxiliari, cupis magnopere in oppido de Alcalà de Henares tuæ Toletanæ Diocesis ad tuam mensam Archiepiscopalem pertinente, insigni quidem, & ad hoc admodum commodo, & idoneo, in quo Archiepiscopus Toletanus pro tempore existens suam Metropolitanam curiam tenere consuevit, ac certæ Cathedralis in aliquibus Facultatibus pro nonnullis eas inibi legentibus institutæ existunt, & victualium abundantia, ac aeris salubritas vigent, unum Collegium Scholarium, in quo Theologiæ, & Juris Canonici, ac liberalium Artium Facultates legi possint alias ad instar Collegii Scholarium per bonæ memoriæ Didacum Archiepiscopum Spalensem in civitate Salmantina olim fundati, ad communem utilitatem, & divini nominis laudem fundare, & erigere,

ci-



eique pro easdem Facultates legentium, & Scholarium in eo pro tempore residentium, decenti sustentatione aliquos Ecclesiasticos, & alios fructus, redditus, & proventus perpetuo applicare, & appropriare: Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi super hoc facultatem concedere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur huiusmodi tuum pium, & laudabile, ac Deo pergratum propositum plurimum in Domino commendantes, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati tibi in dicto oppido unum Collegium pro decente Scholarium numero, de quo tibi videbitur, in quo Facultates prædictæ prout in Salamantina, & Vallisoletana Palentina Diœcesis, ac quorumcumque aliorum studiorum generalium Universitatibus leguntur, libere & licite legi possint; necnon in eo unam Cappellam, in qua Missæ, & alia divina officia celebrentur cum conveniente Cappellanorum numero, ac in eo, & facultatibus prædictis aliquas Cathedras in numero, & modo per te ordinandis, alias ad instar Collegii in Civitate Salmantina fundati, huiusmodi jure Parrochialis Ecclesiæ, & cujuslibet alterius, semper salva authoritate nostra, erigendi, illudque decenter dotandi; ac per quos, & qualiter erigendum Collegium, & Cappella huiusmodi regi, qualesque personæ, & in quibus Facultatibus studentes inibi recipi, & qui eos præsentare, quive eos recipere, & admittere, ac ipsius erigendi Collegii Patroni esse, & quæ tam sic recepti, quam Cappellani in dicta Cappella deputati pro tempore observare, & quæ emolumenta, & commoditates tam ipsi, quàm Cathedras huiusmodi Regentes inibi habere debeant; necnon quæcumque alia statuta, & ordinationes honesta, & sacris Canonibus non contraria super erigendum Collegium & Cappellam, ac Cathedras huiusmodi, ipsiusque erigendi Collegium fructus, redditus, proventus, & alia bona quæcumque, ac Regentes, seu Lectores, Scholares, Cappellanos, & Familiares in eo erigendo Collegio pro tempore recipiendos, eorumque receptionem, & admissionem necnon eorum, ac erigendi Collegii, & Cappellæ huiusmodi salubre regimen, & bonam gubernationem concernentibus edendi, & ordinandi authoritate Apostolica tenore præsentium

libe-



liberam & omnimodam facultatem concedimus. Nos enim, si erectionem hujusmodi per te fieri contigerit (ut præfertur) eidem tunc erecto Collegio, & illius Rectori, ac omnibus, & singulis illius Rectoribus, Scholaribus, Cappellanis, Servitoribus, & Familiaribus pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, concessionibus, & indultis, quibus per Didacum Archiepiscopum hujusmodi, in Civitate Bononiensi per bonæ memoriæ Ægydium Episcopum Sabinensem fundata, ac quævis alia Scholarium Collegia, & eorum necnon Salamantini, & Vallisole-tani prædictorum, & quorumvis aliorum studiorum generalium Lectores, & Scholares utuntur, potiuntur, & gaudent, ac viti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant autoritate præfata earumdem tenore præsentium de speciali gratia indulgemus; non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, idibus Aprilis. Pontificatus nostri anno septimo. Fra. de Gomiell. Ra. L. Dulcius.

libertatem & omnimodam facultatem concedimus. Nos enim, si  
ceteros huiusmodi per te non contigerit, ut praefatus, eadem  
tunc eadem Collegio, & illius Rectori, ac omnibus, & singulis  
illis Rectoribus, scholaribus, Capellanis, Sacerdotibus, & famu-  
lis, pro tempore existentibus, ac omnibus, & singulis privi-  
legiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gra-  
tiis, gratiis, concessionibus, & indulgentiis, quibus per Dilectum  
Archiepiscopum huiusmodi, in Civitate Barchinensi per nos me-  
moratum, & quidem Episcopum, & Barchinensem Rectori, ac pariter illi  
Scholasticis Collegii, & totum necnon Salamantini, & Vallidole-  
tani praefatum, & quovis aliorum studiorum universitatum  
Rectoribus, & scholaribus, potuerit, & gaudent, ac vi-  
rent, & gaudent, & gaudent, quomodolibet in futurum, nisi, po-  
tuerit, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
non ob-  
stantibus, & omnimodis Apostolicis, & ceteris  
congruis, & omnimodis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostrae abolitionis, & indulgentiae, & indulgentiae, vel  
ceteris, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
impugnare, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
& Pauli Apostolorum eius, & ceteris, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
quod sanctus Petrus, & ceteris, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
quod sanctus Petrus, & ceteris, & gaudent, & gaudent, & gaudent,  
nostri anno scripto. Fr. de Gomiel. R. I. Dulcius.